

VIII. Et Constitutiones Eremitarum S. Augustini par- te 2. c. 13. de hac disciplina ita loquuntur: " Strictè prohi- demus, ne aliquis Frater Prælati vel subditi mulierem... cuiuscumque stas, gradus, Ordinis, conditionis vestit, quacumque etiam dignitate ac præminetia præditam, etiam Gomicissam, Marchionissam, aut Ducissam in monasteria fratrum Ordinis nostri introducere vel admittere præsumat, sub privationis officiorum, quæ in præ- sentia obtinuerint & inhabitatis in posterum ad illa & alia omnia, ac suspensionis à divinis ipso facto sine alia de- claratione, pœnis incurrendis, præterquam in casibus sequentibus, Videlicet; quando fiunt processiones, vel mortui sepeliuntur ac etiam pro iis suffragia fiunt; tunc namque ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercen- tur, accedere mulieribus licitum est, ita tamen quod por- ta qua intratur ab Ecclesia in claustrum, non claudatur, nisi modo quamdiu mulieres intra steterint quæ eo fini- to propter quod intraverunt, exire compellantur."

IX. Non tantum ingressus mulierum in interiora ip- sorum Monasteriorum septa olim vetitus erat; sed etiam ab ipsis Ecclesiis sive Oratoriis Monachorum mulieres passim arcebantur, neque ad ea ipsis patebat ingressus.

X. Refertur à Fulcino in libro de gestis Abbatum Lau- bensiensium cap. 1. de S. Ursiniano Abbate Leubienfis, & Episcopo in functione tantum prædicatione sacratibus [ de quo Episcoporum genere vide Mabillonium in præfatio- ne ad partem I. sæculi 3. Benedictinorum num. 33. 34. & 35. ] quod cum Ecclesiam Monasterii dedicasset anno 697, nolens pollui cadaveribus mortuorum, fecerit a- liam in honorem B. Mariæ in montis vertice, cui subiacet prædictum Monasterium, ubi cœmeterium esset Fide- lium, & ad quem confluere populus. Nam illicius, ut hunc quoque, nisi certo tempore, apud aliam [ Monasterium ] Ecce- siam [ erat ] feminarum accessus. Extat apud Mabillonium in Actis Benedictinorum sæculo 3. parte 1. pag. 247.

XI. In libro 2. de miraculis S. Bertini Abbatis Subvoren- sis narratur: " Adala nobilissima conjux Arnulfi Comitissæ, cum sapissimè magis infirmitatibus esset aggravata, ce- pit desiderare, ut in hoc Monasterio [ S. Bertini ] ei li- centiam Monachi darent intrare, ut coram Altari S. Bertini pro salute sua deprecatur liceret se prosternere. Hujus igitur rei causâ, ait auctor, advocatis venerabili- bus Episcopis Wicfrido Tarvenensis Ecclesiæ Episco- po, & Folberto Cameracensis, denudavit eis desiderium suum, acceptâ etiam licentiâ à Monachis anno Nativita- tis Domini 938. annoque quinto Ludovici Regis feriâ secunda Paschæ introduxerunt eam præfati Episcopi in eodem Monasterio, non sine tremore maximo: quoniam hoc illi prima facere præsumperat, quod ante Regina- rum nulla concupiscere vel audebat. " Apud Mabillonium loco citato pag. 138.

En sæculo decimo quanta cum difficultate, & Episco- porum auctoritate huic Comitissæ ad Altare S. Bertini da- tus est accessus.

XII. Quid plura? cum notorium sit, plurimis sæculis more positum fuisse: imò sæculis & vice privilegii interdum in fundatione cautum, ut Missæ publicæ; id est, ad quas populus conveniret, in Monachorum Ecclesiis non fierent; ne scilicet [ ut ait S. Gregorius lib. 4. Epist. 43. ] in servorum Dei secessibus occasio præbeatur populari- bus conventibus, & simpliciores ex hoc ar. im. is plerum- que, quod ad sit, in scandalum trahat: frequentior etiam introitus mulierum arceatur.

XIII. Hancque disciplinam, Missas publicas; sive ad quas esset publicus populi conventus, in Monasteriorum Ecclesiis non celebrandi usque ad tempora S. Bernardi permansisse, ex Philippo Abbate Bonæ spei Lib. De con- sistentia Clericorum c. 83. observat Cardinalis Bona Lib. 1. Rerum Liturg. c. 13. n. 3. quin & Innocentium III. Veterum vestigiis insistentem prohibuisse, ne Diocesis Episcopus in Monasterio Cartosensi, cuius privilegia confir- mabat, Missas publicas ageret.

XIV. Scio quidem contrariam Disciplinam hodie

præsertim post exortos Ordines Mendicantes invaluisse; atque in Ecclesiis sive Oratoriis Monachorum publicas Missas; à conventu populi adstantis & offerentis ita d. etas passim celebrari: at & illud scio, quod non rarò magis cautum esset & populo & Monachis, si juxta disciplinam Patrum suorum, à suis Ecclesiis præcipue hi qui ad instru- ctionem populi specialiter non sunt vocati publicum po- puli conventum arcerent. Populo quidem ut in matrice seu Parochiali Ecclesia à suis nutritentur Pastoribus, Mo- nachis verò, ne secularium contagione polluerentur, aut in sua devotione saltem distraherentur.

XV. Similiter, quamvis horum temporum disciplina Mulieres ad plerasque Religiosorum Ecclesias admittat, illud tamen sollicitè cavendum, ut quantum fieri potest, Religiosi à mulieribus sint sejuncti; neque psallentium choris intermiscantur.

XVI. Qua de re prudenter in suis Constitutionibus ca- verunt PP. Prædicatores: " Mulieres Claustrum vel Ora- torium, vel alias officinas nostras non ingrediantur, nisi in die consecrationis Ecclesiæ, & tunc licebit eis ingre- di chorum & Claustrum, In Parasceve verò tantum chu- rum intrare poterunt usque ad officium.

Quin ut chorus à secularium conventu magis esset li- ber, decreverunt sequentia: " In Ecclesiis nostris debent esse intermedia, quæ dividunt chorum à secularibus, & debent ubique ita esse disposita, ut Fratres chorum ingredients non possint à secularibus videri, nec ipsi secularibus videre. Poterunt tamen aliquæ fenestra apari, ut tempore elevationis Dominici Corporis aperiantur, & Sacramentum à secularibus adoretur. " In Constituti- onibus editis per Petrum Martyrem parte 1. cap. 16.

XVII. Insuper quæcumque disciplina interverit pro temporum varietate immutatio, illud tamen invariantum manet, omnem Religiosis, non minùs ac Clericis, fami- liariorem & non necessarium cum mulieribus conversa- tionem esse interdictam: ipsisque Superioribus sollicitè esse invigilandum, ut omnem similem conversationem rescindant, & occasionem præveniunt.

XVIII. Qua in re notandæ Constitutiones Eremitarum S. Augustini quæ parte 2. cap. 13. hæc habent; " In Ecce- sia seu ad ostium Conventus nullus Frater cum mulieribus loquatur sine licentiâ Prioris & socio à Priori assigna- to, qui audiat, & videat, nisi talis cum matre vel sorore carnali, seu alia muliere maximè sibi consanguinitate vel affinitate conjuncta loqueretur. In quo casu sufficit quòd focus videat, licet non audiat excipimus tamen viros graviore & etate maturiores. Omnia tamen su- prædicta quoad omnes Fratres servantur, quoties conti- gerit aliquem extra Monasterium egredi, ut cum muli- eribus loquatur."

" Caveat autem Prior ne nimis frequenter eidem Fra- tri licentiâ concedat cum eadem vel eisdem mulieri- bus colloquendi, vel eas ad proprias domos visitandi, nisi fortè talis persona esset tantæ scilicet auctoritatis & tam claræ famæ, quod ex ejus colloquutione potius Reli- gioni nostræ honor quàm dedecus accederet.

" Fratres verò foras missi pro necessariis domui poten- dis loqui poterunt cum mulieribus etiam alter sine alte- ro, si tunc necessitas sic loqui exigat, intrare tamen do- mum ad sedendum vel confabulandum non licebit.

" Procurator & Fratres alii cum ad procurandum neces- saria Fratribus vadunt, poterunt præsentem socio suo & vidente de hujusmodi cum muliere sola loqui, ita ta- men quòd cum una eademque muliere frequens non sit talis colloquutio."

CAPUT III.

De Clausura Monialium vetante egressum Monialium.

1. Ab initio Ecclesiæ fuerunt nonnulla mulieres in per- petua castitate viventes.

2. Pro

- 2. Pro conservanda castitate convenit secularium perso- narum fuga. (dictus.)
- 3. Egressus à Monasterio Monialibus jam pridem inter- dictus.
- 4. Quæ cura olim haberetur ut castitatis virginum extra Monasteria habitantium consuleretur.
- 5. Sæculo 5. Clausura Monialium nota fuit.
- 6. Fixa & generalis non fuit circa Monialium clausuram disciplina ante sæculum 13.
- 7. Constitutio Bonifacii VIII. circa clausuram Monia- lium. [innovans.]
- 8. Decretum Concilii Tridentini eandem Constitutionem.
- 9. Pius V. declaravit omnes quascumque Moniales De- creto Tridentino comprehendi.
- 10. Idem Pontifex egressu licentiâ non nisi ex tri- bus causis concedi posse edixit.
- 11. Vigore Concilii Tridentini Episcopus habet auctori- tatem in omnia generatim Monasteria Monialium in his quæ clausuram concernunt.
- 12. Episcopus potest visitare Monasteria Monialium eti- am Regularibus subiecta quoad a qua clausuram spectent.
- 13. Primus effectus Clausuræ est prohibitio egressus Mo- nialium à Monasterio.
- 14. Quæ sit iusta causa dandi licentiâ egressu, non determinavit Tridentinum: tres expressit Pius V.
- 15. Prima causa est, magnum incendium; & quid per illud intelligatur. [causæ.]
- 16. Quæ sit infirmitas ratione cuius egressus sit permit- tatur.
- 17. Causæ à Pio V. expressæ etiam in Synodis fuerunt probatæ.
- 18. An aliquando liceat indulgere egressum ob rationes à Pio V. non expressas.

I. Ab ipso Ecclesiæ exordio fuisse mulieres virginita- tem servantem etiam ipsa Acta Apostolorum testan- tur Cap. 21. & 9. ubi de Philippo refertur: Huic autem e- rant quatuor filie VIRGINES prophetante.

Idem confirmant Patrum de Virginibus multiplicia scripta; quibus suam erga illas specialem curam ac sollici- tudinem expresserunt.

Nunc nobis [ ait S. Cyprianus De disciplina & habi- tu virginum ] ad Virgines sermo est, quarum quo sub limior gloria est, major & cura est. Flos est ille Eccelesi- astici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spirita- lis, lata indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum; Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosâ fo- cunditas: quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augetur. Ad has loquimur, has adhortamur affectione potius quàm po- testate: non quod extremi & minimi & humilitatis no- stræ admodum conscii, aliquid ad censuram licentiæ suò addit, sed quod ad sollicitudinem magis cauti, plus de Diaboli infestatione timeamus.

II. Inter cætera autem quæ pro custodia Virginitatis Patres suggessere, fuit hominum secularium, atque præci- pue alterius sexus fuga, atque ab omni mundana & exter- na hominum conversatione sequestratio.

III. Et quidem, dum circa sæculum IV. formari cœ- perunt Virginum Monasteria, cœpit quoque eis egressus à Monasterio, si non totaliter, saltem extra necessitatis ca- sus, & citra Superioris licentiâ interdicti.

Sæctus Basilius De Institutione Monachorum inter a- lia præcepta seu regulas habet: " Egressi verò extra Mo- nasterium, præterquam ubi statutis temporibus necessi- tas postulaverit, nemini licium esto."

Ne verò crederetur quæ ab eo tradita sunt ad solos Monachos spectare, monet ea non tantum in Virorum, sed & Virginum Monasteriis esse servanda; atque in his eo accuratius, quanto in his majus est periculum, " Verum, ait, quoniam non Virorum modo conventus sunt, sed etiam Virginum, cætera quidem omnia, quæ hæctenus præcepta tradidimus, æque utriusque communia sunt.

Unum tamen illud scire convenit, longe accuratior, ma- joremque in feminarum vita quam in virorum, dis- ciplinam requiri, veluti voluntariæ paupertatis virtu- tem, quietem atque silentium, obedientiam, studium in- forores, cautionem in publicum procedendi, diligentem quibuscum colloquium sit, animadvertionem, parem inter ipsas mutuo benevolentiam, & illud, quod nulla seorsim apud eas conventicula sint. In his enim omni- bus in virginum vita accurandis, majore quodam mul- to opus est studio. " Hæc Basilius De Institut. Monach. Hincliet, quàm sollicitè Basilius Virginibus clausuram Monasterii commendaverit.

De Monasterio Virginum in Thebaide, in quo sæculum IV. vixit S. Euphrasia, legitur in hujus vita: " Nulla earum januas exibat. Erat autem janitrix per quam respon- sâ omnia fiebant matura. " Apud Bollandum ad 13. Martii.

IV. Eodem sæculo in Concilio Carthaginensi III. Can. 33. decernitur: " Ut Virgines sacra, cum parentibus, à quibus custodiebantur, privata fuerint, Episcopi, vel Presbyteri, ubi Episcopus absens est, providentiâ, gravi- oribus fœminis commendentur, aut simul habitantes invicem custodiant: ne passim vagando, Ecclesiæ lædant estimationem.

V. S. Casarius in Regula ad Virgines cap. 1. " Si qua relicta parentibus suis sæculo renuntiare, & sanctum o- vile voluerit introire, ut spiritualium luporum fauces Deo adjuvante possit evadere, usque ad mortem suam de Monasterio non egrediat, nec de Basilica, ubi osti- um esse videtur."

VI. Quâ solitudine Virginibus clausura omnibus sæ- culis inculcata fuerit, speciali tractatu novissimè ostendit Joannes Baptista Thiers, qui tamen rectè advertit, non semper nec ubique eandem fuisse circa clausuram sacra- rum Virginum disciplinam; neque fuisse aliquam genera- lem Ecclesiæ legem, omnibus indifferenter Monialibus clausuram perpetuam imponentem ante Bonifacium VIII. qui sub finem sæculi XII. & initium XIV. Pontifi- catum gessit.

VII. Hic edita Constitutione quæ refertur in Cap. PE- RICULOSO, De Statu Regular. in VI. generaliter omni- bus Monialibus perpetuam clausuram imposuit. " Pericu- culoso & detestabili quarundam Monialium statui [ quæ honestatis laxatis habent, & Monachali modestiâ, lexi que verecundiâ impudenter abjectis, extra sua Monasteria nonnumquam per habitacula secularium personarum discurrunt, & frequenter intra eadem Mo- nasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem voluntate spontanea devoverunt, gravem offensam, religionis opprobrium & scandalum plurimo- rum ] providere salubriter cupientes, præsentem constitu- tionem perpetuò irrefragabiliter valitura, sancimus, uni- versas & singulas moniales præsentis atque futuras, cui- juscumque Religionis sint vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monast- eriis debere de cætero permanere clausura: ita quòd nul- li earum Religionem tacite vel expresse professæ, sit vel esse valeat quacumque ratione vel causa [ nisi fortè tan- to & tali morbo evidenter earum aliquam laborate con- staret, quòd non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari ] monasteria ipsa deinceps e- grediendi facultas."

VIII. Hanc Bonifacii Constitutionem innovavit Sy- nodus Tridentina Sess. 25. De Regularibus cap. 5. atque " universis Episcopis, sub obtestatione Divini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in o- mnibus Monasteriis sibi subiectis, ordinaria, in aliis ve- rò Sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram Sancti moni- alium, ubi violata fuerit, diligenter restitui; & ubi invio- lata est, conservari maximè procuret: inobedientes at- que contradictores per Censuras Ecclesiasticas, aliisque pœnas, quacumque appellatione postpositâ, compe- scentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Quòd auxilium ut præbeatur, omnes " Chri-

